

& sequens mensis succedentis. Volunt tamen nonnulli conjunctionem semper esse mensis illius, in cuius diebus usualibus finitur. Vnde uersus: Illius est mensis cui dat Lunatio finem &c. Finaliter autem addantur omnia extracta de tabulis conjunctionum, singula tamen generibus ac locis proprijs, ut assolet, & congregantur, tempus conjunctionis mediae, uel mediae oppositionis luminarium, atq; medius motus eorundem: Similiter argumentum Lunae medium, & argumentum latitudinis Lunae, quae serua ad partem in debitis locis ac differentijs. An uero tali conjunctione uel oppositione alterum luminare passurum sit eclipsis uel non, hoc modo cognoscas, aspice argumentum latitudinis Lunae. Quod si fuerit 0 in signis uel 6, & minus 12 in gradibus uel 5, aut 11 in signis, & plus 18 in gra. alterum luminare posse eclipsari recte pronuntiabis, utpote Solem in conjunctione, Lunam autem in oppositione. Sed pro inductione clariore subscripto utamur exemplo. Placet pro anno supraposito, scilicet 1502 currente inuestigare primam conjunctionem, primamq; oppositionem medias occurrentes in diebus Ianuarij. Primo ob id intro tabulam radicam conjunctionum cum annis.

Annus col.	Motus lumi.				Argu. D				Argu. lati. D			
	d.	h.	m.	se.	fig.	gr.	m.	se.	fig.	gr.	m.	se.
1489	1	19	2	45	9	21	0	46	9	28	38	28
exp. 13.	7	21	28	8	11	7	4	31	5	20	41	33
	19	16	30	53	8	28	5	17	3	19	20	1
												7
												20
												32
												0

Cum autem ab hoc tempore dies 31 subtrahi non possunt, primam rigam apud Februariam, scilicet ascribe, ut sic.

29 12 44 3 | 0 29 6 24 | 0 25 49 1 | 1 0 40 14.

Tum quoq; singulis singula addantur, stabunt.

39 5 14 56 de quo 31 dies abijcio, restant.

Tempus med. ☉. ☽ 8 14 56 | 9 27 11 41 | 4 15 9 2 | 8 21 12 14.

Radix aliarum conjunctionum hoc anno contingentium, & Februario adjudicanda. Simili modo prima oppositio media eiusdem anni, de tabulis annorum collectorum atq; expansorum, & de prima riga mensium in tempore motuq; extracta sic ponitur.

d. h. m. se. | fig. gr. m. se. | fig. gr. m. se. | fig. g. m. sec.

☽ Ia. 22 23 36 57 | 10 11 44 53 | 10 28 3 33 | 3 6 32 21.

Ex quo autem oppositio haec reperitur maior in diebus quam praee inuenta conjunctio, ideo Februario deputabitur, neutraeq; eclipsis ob causas supra recitatas.

Volo et inuestigare conjunctionem mediam occurrentem primo in diebus Octobris eiusdem anni. Eam igitur inuenio modo dudum exposito in tempore & motu, ut sequitur mensis praefati.

d. h. m. se.

☉ 0 33 51 23 | 6 19 13 19 | 0 7 30 7 | 5 27 14 18.

Ex quo autem dictum latitudinis Lunae argumentum obtinet 5 fig. & plusquam 18 gra. alterum luminare eclipsari non esse impossibile. Cum autem in conjunctione non nisi Solem obumbrari contingit, quare in eadem